

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

pabulum mixtum בָּלֵל dicitur, quod ex diversi generis rebus constat, quæ facile visu dignoscuntur, ac separatæ videntur. Sic humor ac mador a re humida et madida, qua cum commistus est, separatur exprimendo.

§. XXXVIII.

P. 127. בָּלַס Apud Arabes בָּלַס in Conj. III, est *depaſtus fuit grex*, in Conjug. I. *parum habuit, inops fuit*, ut aliud arabicum פָּלַס *inops fuit*. Hinc Amos VII, 14. בָּלַס שְׂקָמִים verti potest: *depascens ſycamoros, vel inops ſycomoris*. LXX. κνίζων συκάμενα, *carpens moros*.

§. XXXIX.

P. 128. בָּנָה *ſtruendi et exſtruendi*, ut et *condendi* ſignificatus, latioris ſunt extensionis, quam ille *ædificandi*, et tamen radix hebræa omnes illos ſibi vindicat pro diverſa rei ſubſtratæ conditione. Significatus autem *condendi* et *creandi* propterea obſervandus eſt etiam ex arabismo, quod nomen بَنَى etiam *rem creatam* designare potest, ut ex loco Job XXXVIII, 7. probari potest, ſive per בני אלוהים intelligas *angelos*, ſive generatim *omnia dei opera*. Loco enim citato σύς ορχος ſunt τοῖς כוכבי בקר *stellis primum ſplendere incipientibus*: quæ quemadmodum ad grandia dei opera in mundo producta referuntur, ita negari non potest, per בני אלוהים generatim *opera dei ſtellis ſimilia*, e. g. *cometas varii generis, ſtellarum admirandas congeries, earumque fixos ac vagos*